



6

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE DIFFERENTIIS
POSSESSORII ORDINARII
ET SUMMARISSIMI,

QVAM
DIVINIS AUSPICIIS
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO JUVENTUTIS PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

VVILHELMO HENRICO,
DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIUM, AN-
GARIÆ ET WESTPHALIÆ, E. R.

SUB MÓDERAMINE
GVILIELMI HIERONYMI
BRUCKNERI D.

PANDECTARUM PROFESSORIS PUBLICI, CURIÆ
PROVINCIALIS FACULTATIS JURIDICÆ ET SCABINATUS
ASSESSORIS, COLLEGII JURIDICI h. t. DECANI,
DOMINI PATRONI AC PROMOTORIS ÆTATEM DEVENERANDI,
PRO LICENTIA.

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVI-
LEGIA DOCTORALIA
rite consequendi,

IN AUDITORIO JURECONSULTORUM
horis Ante & Pomeridianis
publico eruditorum examini fistet
ad Diem 4. Junii 1707.

JOHANNES PHILIPPUS MATTHIAS,
Schimalcaldiæ - Hassus.

JENÆ, LITERIS MULLERIANIS.

VIRO
CONSULTISSIMO ET EXCELLEN-
TISSIMO DOMINO
DOMINO
JOH. PETRO
MATTHIÆ,
SERENISSIMÆ DOMUS HASSO CASSEL-
LANÆ COMMERCIORUM
CONCILIARIO, ATQVE SCHMALCAL-
DIAE PRÆTORI
PARENTI OPTIMO,

D. D. D.

obseruantissimus
FILIUS, AUTHOR.

VS (o) VS

VIR CONSULTISSIME VENERANDE PARENTS.



*I*sputatum diu est in scholis Philosophorum, num liberi majora Parentibus suis dare beneficia possint quam acceperint. Quid Seneca de beneficiis lib. 2. c. 29. doctissimus ex porticu Philosophus statuerit, notum est humanioris litteratura & literatoribus. Non ego collectis, quæ in utramque partem proferuntur, sententiis controversiam in medium producam; sed bona mentis cogitata sine ulla circuitione aperiam. Non posse fieri & semper existimavi, & in posterum existimaturus sum, recti conscientia sustentatus; nisi melior voluntas, qua rectioris indolis liberi Parentes colunt, loco maximi beneficii reputetur, quam Parentes tam liberenter accipiunt, ut nihil amplius desiderent. Enim vero Parentibus vitam, fundamentum illud felicitatis omnis debemus; illis alimenta, illis cultum. animi, illis denique omnem fortunam, quæ profecto tanta sunt, ut nullam compensationem possint admittere. Illis curam liberorum, quo utilia fiant Reipublicæ membra, Deus commendavit, nobis obsequii & pii animi gloria relicta est. Quoties hoc

A 2

mibi

mibi in mentem venit, VIR venerande, toties me-
 moriam benignissimi Parentis, Optimis fortunae meae
 amplificatoris memoriam complexus sum, TIBI-
 QVE nec reddi posse aequivalens, medum majus
 quoddam putavi. TU enim post Deum, non so-
 lum vita meae author es, qua quidem re nibil po-
 tuisses majus tribuere; sed & testis, magister & to-
 tius vita rector. In quot ego insanias incidere po-
 tuisssem, nisi fidelis TUA prudentia, rerum futura-
 rum provida, stimulis virtutis ad rectiora incitasse-
 set? Sub faustis TUIS enutritus penetrabilibus ad
 omnem animi cultum potui contendere; & post-
 quam ex illa, tot beneficiorum conscientia domo TUA in
 hanc artium officinam concessi, tot signa sustulisti
 ad bemesperandum, ut sine ullis impedimentis in spa-
 tio sapientiae potuerim procedere. Quocirca cum
 beneficiis meis non possis vinci, voluntate studiis-
 que pietatis, obsequii, observantiae libamen offero,
 illiusq; quasi pignus quoddam dissertationem hanc,
 quam è cathedra optimis exercitiis calente defendi,
 exhibere volo. Accipe illam benevolo vultu, at-
 que sicut laudabiliter hic usque fecisti, mei curam,
 benigna mente continua. Deus qui rerum huma-
 narum prourationem habet, TE servet, perpe-
 tuet, atque res omnes TUAS ex voto fluere sinat
 clementissime. Vale.

PRAE





PRÆFATIO.

Duo sunt, in quibus juris civilis, sive studium, sive ars cum primis versatur: cognitio scilicet juris, quod cuique competit, ejusque dehinc obtinendi ratio. De ista hic dicere nihil attinet. Hæc vero per actiones competentes, earumque æstimationem maximam partem expeditur: quarum notitia destitutus, stultitiae notam vix evitabit, impactam ab Imperatore his, qui prætermissa expeditiore jus suum consequendi via, non necessariis difficultatibus, se suosque clientes implicant: & impensis maximis, sæpe etiam non nisi præsentissimo litis periculo, ad id perducunt, ad quod leviori via usi, sine tantis impendiis, & sine ullo periculo, maturius perduci potuissent. arg. §. 5. Inst. Quod cum eo qui in alien. potest. Et sane, ut inter officia viri boni est, teste Tullio, multa multis de

A 3 jure

jure suo cedere, atque à litibus quantum licet,
 & paulo plus etiam quam licet abhorrere; ita
 prudentis atque candidi Advocati erit, quoties
 subire litem & judiciorum aleam experiri neces-
 sitas cogit: non modo juxta normam & regulas
 iuris aptam suo clienti actionem eligere, sed &
 inter diversa, quæ plerumque se offerunt reme-
 dia, illud præoptare, quo compendiosius, tutius
 ve progreedi licebit. Porro notissima circa hæc
 cautio est, quam J Cetus suggerit in l. 24. de R. V.
 eum, qui destinavit rem petere, animadvertere
 debere, an aliquo interdicto poscit nancisci pos-
 sessionem: quia longe commodius est, ipsum
 possidere, & adversarium ad onera petitoris com-
 pellere, quam alio possidente petere. Scilicet
 longè expeditior estratio possessionis, quam vin-
 dicationis: quia dominii & proprietatis causa,
 longiorem habet quæstionem & cognitionem
 Jul. à Bayma ad l. 12. §. 1. de A. A. P. Sed & in-
 ter hæc ipsa possessoria judicia, quædam præ cæ-
 teris celeriore atque faciliorem habent expli-
 cationem; nemo enim dubitat, quin, quod sum-
 marissimum dicunt possessorium, longe expedi-
 tius procedat eo, quod ordinarium appellant,
 tum in instituendo tum in exsequendo; & ta-

men

men accidit non raro teste Carpzov. L. I. Rep. 15.
n. 9. sive ex astutia, sive imperitia Advocatorum
& litigantium, causas possessori quandoque sic
tractari, ut Judici difficile sit discernere, utrum in
summarissimo seu momentaneo, vel ordinario ac
plenario possessorio actum sit. Quo itaque
tanto rectius constet, qua ratione processu
hoc summarissimo ad faciliorem juris sui con
secutionem sit experiendum, operæ pretium
duxi, in indolem summarissimi hujus posses
sorii penitus paulo, breviter tamen inquirere:
& cum primis, quibus illud ab ordinario posses
sorio distet modis, pro ingenii qualiscunque
mei viribus investigare, ac publicæ placideaque
cruditorum disquisitioni submittere. Quod ut
ex voto succedat, Tu summe Deus, hisce medi
tationibus ex alto benedicere clementer digna
re, atque inceptis largire manum finemque
corona.

Rimam differentia notam inter summa-
risimum & ordinarium possessorium,
ipsa nomina hæc, quibus à pragmati-
cis designari solent, exhibent. Tam-
etsi enim ipsis Romani Juris Consultis
his nominibus discreta judicia possessoria esse, teme-
re haud dixerim, fatendum nihilominus, adeo inva-
luisse ea usu fori recentioribusque Imperii Constitu-
tionibus, ut frustra fuerit, qui item desuper intendere ausit. vid. Pfankuch. de Summar. possess. Lib. 1.
c. 1. n. 2. Utrique horum judiciorum sua iterum sunt
nomina vicaria; sic enim, ut cætera omittam, ordina-
rium quandoque etiam plenarium, summarissimum,
vero nunc summarium, nunc momentaneum pasim
appellari videoas. Carpzov. in Proc. Tit. 1. art. 5. §. 39.
Vultej. de judic. L. 1. c. 2. n. 37. Inter hæc sum-
marissimi sive summariissimi nomen, præ sum-
marii, aptius videtur: quod in eo extra ordi-
nem plenarii judicii, adeoque perquam summarie seu
summariissime procedatur. Quomodo etiam hodie
& scriptis, tum consulendo, tum judicando illud ap-
pellari, testis est Scaccias de Appellat. Qu. 17. limit. 6.
membr. 1. n. 56. Quodsi tamen alicui magis placeat no-
men ordinarii possessorii aut omnino non aut saltim
intuitu petitorii admittere & in locum ejus summa-
rii possessorii nomen substituer cum D. Stryckio In-
trod. ad Prax. c. 1. §. 18. Schiltero ad tit. de Judic. §. 10.
atque Bergero in Elect. proc. exec. §. 1, non equidem
refra-

refragabor; modo tertium quoddam & quasi intermedium possessorii genus ne comminiscamur, quippe quod receptæ in foro pronunciandi formulæ; dæs implorant bey der possession vel quasi billich zu schützen/ bis so lange implorat in possessorio ordinario (aut ut olim Salanæ hujus Antecessores: in possessorio plenario) vel petitiorie ein anders ausgeführt/ non satis convenit, quam vero sine nova lege convellere & abrogare, si non plane frustraneum, difficile ubique fuerit. Plane quod summarium judicium, ceu laudatus scacras urget, in oppositione ad ordinarium, posse habere solum breviores dilationes, non tamen esse sine libello caterisque solennitatibus: tertiam istam possessorii speciem nec dum evincit. vid. Schilter. d. §. 10. & in eiusdem. ad §. 12. Berger. c. 2. & 7. Multo minus dubitandum, fieri posse, ut penitus abrogata ordinaria procedendi ratione, præter summarissimum hoc, solum possessorio ordinario locus detur: veluti deliberatum hac de re in Comitiis provincialibus Dresda institutis fuisse memorat D. Berger. d. tr. §. 1. Sed ne scopo excidam, primo omnium finiendum erit possessorium summarissimum, cuius differentiam ab ordinario sive plenario tradere institui: definitio enim est, quæ rei proprias amplectitur potestates breviter & absolute. Est autem possessorium summarissimum remedium juris, quo quis implorato judicis officio defendi se in possessione vel quasi, usque dum alter plene possessionem aut proprietatem, probaverit, expeditissima procedendi ratione petit.

Hanc descriptionem respicientibus proximum, se offert discrimen ratione originis. Est enim utrumque quidem possessorum juris, at non unius ejusdemque remedium: nam cum alterum illud ex jure Romano esse omnes largiantur, nostrum tamen ex eodem frusta repetieris Franc. Sarmient. lib. 2. select. interpr. c. 13. Rauchbar. p. 2. quest. 6. n. 33. Quæ enim hanc in rem argumenta ex l. 13. §. 3. ff. de usuf. L. 7. in fin. ff. de liber. caus. l. 35. ff. de A. A. P. l. fin. ff. de Offic. Proc. Cesar. Nec non ex l. un. Cod. s. de moment. possess. fuer. appell. l. 20. Cod. de Probat. l. 14. Cod. de Agric. & cens. & ex §. 4. Instit. de Interd. depromunt, id minime consciunt, nisi quod saltem non adversari summarissimum hoc rationi juris Romani recte inferri inde posit, monente Schiltero d. l. §. u. Quid igitur, num forte juri Canonico acceptum feremus remedium istud? Evidem favere illi c. 6. X. de Inst. & c. g. X. de refl. spoliat. non eo inficias, efformatum vero eo iure esse haud dixerim. Posth. tract. mandat. de manut. obs. 4. n. 2. ibi: approbatur hoc remedium pro aequissimo & justissimo etiam Jure Canonico. Quin potius sic existimo, summarissimum hoc primum usu atque moribus inductum, deinde in utroque foro receptum, atque tandem Constitutionibus Imperii provinciarumque aliarum approbatum esse, veluti latius executi sunt Petr. Denais. Jur. Camer. P. 2. t. 20. & t. 21. §. 5. & 6. edit. nov. Carpz. lib. 1. Resp. 9. n. 12. seq. Mev. P. 2. decif. 236. n. 6. D. Born. disp. de act. in fact. pro retin. poss. pras. compet. c. 1. §. 1. & c. 3. §. 4.

§. III.

Unde novum suboritur discriminem, ratione causæ impulsivæ. Quamquam enim utrumque possessorum præparandæ causæ gratia comparatum sit; Præparatur tamen plenario seu ordinario possessorio ipsa proprietatis seu petitoria causa; nostrum vero summarissimum non nisi ordinariam possessoriam præparat Schilter. d. l. §. 10. Porro omnis præparatio cum regulariter quidem esset summaria, attamen ex obseruantia forensi, quoties de retinenda possessione agebatur, ordinariè ea ac plenius ventilari suèverat, sicut que siebat, ut remedium expeditius in his ipsis causis, in quibus litigioso illo seculo, & juxta mores bellicos Germanorum gentis, vel maxime necessarium erat, omnino desiceret; quare cogitatum fuit, quomodo expeditiori via succurri poslit his, qui de eadem possessione contendentes, afferunt se possidere, & rem armis aut pignorationibus obtinere conantur. Tandemque præsens adinventum remedium est, quo causa aliqualiter, & informationis tantum gratia cognita, pronunciet Judex, quis interim, donec plene de possessione aut proprietate etiam cognitum fuerit, pro possesso habendus sit. Schilter. §. 11. Born. d. Disp. c. 3. §. 2. & 5. Anton. Merend. *Controv. jur. lib. 3. c. 19.* n. 2. Inde hodienum haud desunt, qui summarissimum nostrum ad eum casum, ubi periculum armorum præsens, & partes jam in procinctu sunt, unice adstringunt. Plotus. *de in lit. jur. §. 3. n. 28.* Contard. in l. un. Cod. si de momenta poss. in s. rat. dub. n. 10. Klock. vol. 1. Conf. 40. n. 3. Carpz. L. i. Resp. 15. n. 12. &

præceteris Merenda. d. 6. 19. n. 4. ubi, quando timor
 armorum cessat, inutile & iniquum hujusmodi reme-
 dium censet, nec in judicando ab hac opinione rece-
 dendum putat. Enim vero sicut primitus ex metu
 armorum remedium hoc dari cepisse, atque eo novis-
 simam quoque Imperii Constitutionem (de qua Pfank-
 kuch. de summariss. possessor. L. I. c. 4. n. 9. & c. 7.
 n. 24.) verbis disertis respicere, facile largior; ita
 negari nequit, temporis progressum Imperio passim,
 observante D. Bergero, istud magis magisque produ-
 sum fuisse, & hodie etiam extra casum præsentis pe-
 riculi & metus publicæ seditionis, ob scandalum ali-
 quod, aut quia alias res moram ferre non potest, ei-
 dem locus sit. Vultej. de Judic. L. I. c. 2. n. 37. Fon-
 tanell. de Pact. nupt. Tom. poster. claus. 7. gl. 3. part.
 10. n. 61. Nec est quod quis cum Merenda objiciat,
 inutile hoc casu hujusmodi remedium videri, dum
 finem non imponit controversia, quæ super posses-
 sione vertitur. Quidni enim adhuc cum fructu in-
 stitui illud posset, saltem ut præparetur causa ipsius
 possessionis, uter de præsenti possidere videatur, quo
 commodis possessionis interim gaudeat, atque ab one-
 re probandi relevetur. Neque ex hoc iniquum istud,
 cum eodem, dixeris, quia accidere posset, eum, qui
 detinet quidem rem, sed non possidet, dum in detentio-
 ne ex hoc remedio conservatur, cum magno incommodo
 possessoris, percipere fructus rei, quos deinde per tres con-
 formes sententias repetere is cogitur. Non minus enim
 petitio possessionis in summarissimo hoc, quam in
 plenario seu ordinario, bona fide fieri debet; ita ut
 si de-

si detinens sciat, se justâ possessionis causâ minime nisi, atque hoc intendat unice, quo adversarius in processum ordinarium petitorum relegetur, id non remedium hujus, sed ejus, qui eo abutitur, iniquitati imputandum sit.

§. IV.

Porro, cum judicis officium, summarissimo hoc remedio implorari dixerim, consequens est, ut investigemus, numne quoad personam & competentiam judicantis, ullum intercedat ei, cum ordinario seu plenario possessorio discrimen? Atque sane afferendum hoc illis videbitur, qui legerint, si de feudo Regali in petitorio vel possessorio ordinario agatur, Imperatorem non Cameram, judicem esse competentem; si vero saltem in possessorio summario seu summarissimo, Cameram quoque habere fundatam intentionem, argum. Ord. Camer. p. 2. tit. 7. verb. gänzlich und endlich abgesprochen. Sixtin. de Regal. L. I. c. 8. n. 23. Schubh. de Austreg. c. 5. n. 133. Bluhm. Process. Camer. t. 41. n. 3. & 9. Rhet. Comm. jur. feud. in L. I. t. 18. n. 2. & 5. Acedit quod idem hoc discrimen etiam generatim in constituendo foro feudal i observari debere, Vultej. de Feud. L. 2. c. 2. n. 46. moneat, atque extra controversiam esse dicat, quod, quamvis de feudo ipso æque ac ejus possessione agatur, apud Judicem feudalem experiendum sit; tamen si de possessione feudi, non ordinario aliquo judicio possessorio, sed eo quod vocant summarissimum, disceptetur, non ad Judicem feudalem, sed ad ordinarium causa pertineat. Quam sententiam Cameram quoque Imperiale finit.

dubio sequi, & secutam esse in causa Steinberg contra Steinberg testatur Rosenthal. *Synops. jur. feudal.* c. 12. concl. 12. lit. ψ. His tamen non obstantibus magis verum puto, judicium possessorium summarissimum, coram eodem Judice agitari debere, ad cuius Judicis cognitionem possessorii plenariai causa spectat. *Rebuff. in Const. Reg. Tom. 3. art. 10. gl. un. n. 1. § 2.* tum quia discrimen tale legibus aut moribus nisi non appareat *Cranius de Interdict. c. 10. n. 106.* tum quod causæ continentia illi omnino refragetur, c. 1. X. de *Caus. Possess. & Propr.* tum denique quod secundum vulgatum illud, *Judex præparatorii Judicii, sit etiam Judex præparati.* Menoch. *de Arbitr. jud. quest. L. 2. Cent. 4. cas. 371. n. 7.* Nisi quod circa Processum de Possessione litigiosa Gailius notat: judicium momentaneæ Possessionis fundare jurisdictionem Cameræ, sed finito hoc judicio finiri quoque jurisdictionem Cameræ, & ordinarium possessorium coram Judicibus prima instantia agitandum esse. *Lib. 1. obs. 6. n. 7.* Nec ad stipulor, quæ in contrarium adducta sunt, exemplis. Ratio enim legis, quæ Cæsari Jurisdictionem de feudis Regalibus reservat, æque militat in summarissimo ac in ordinario. Nec movent verba illa gänzlich n. iam etiam quæ in possessorio summarissimo fertur sententia possessionem præsentaneam plane abjudicat. arg. *Ord. Cam. P. 2. t. 21. ib.* welchem Theil die possession vel quasi einzuräumen oder zu inhibiren sey derselben sich bis zu endlichen Austrag in petitorio oder possessorio gänzlich zuenthalten. vid. Itter. de *Feud. Imper. c. ult. §. 5.* Pari modo in cæteris quoque feudis

feudis non minus summarissimum quam ordinarium possessorum, feudalibus causis adnumerandum indeque in foro feudali tractandum est. Frid. Milaneſ. Dec. 6. n. 3. Schrader. de Feud. P. 10. Sect. 1. n. 93. & 95. Struv. Synt. J. F. c. 16. tb. 4. n. 3. verb. quocunque re-medio. neque enim causa feudalis ex ordine modoque procedendi, sed aliunde potius astimari debet. Quamvis non negem, si inter vasallos de omittenda turbatione, non ex feudali, sed eo jure agatur, quod commune esse poterat cum qualibet alio, ita summarissimum coram Judice ordinario instituendum fore: non tamen ideo, quod summarissimo agatur, sed quod tunc causa non sit feudal. Idque intendisse quoque etiam Baldum, dum inter possessorum feudale & nudum possessorum distinguit, existimo. vid. L. B. de Lyncker. in Anal. ad Struv. Synt. d. l. D. Gräß-Hof. Disput. inaugur. de caus. feudal. S. I. §. 15. & 18. Utique si inter Dominum & Vasallum de praesentanea feudi possessione lis sit, atque periculum armorum obveretur, aut Judicium Parium difficulter constitui & conscribi possit, tum propter necessitatem publicam, & ne contra naturam processus summarissimus prolongetur, ordinarium judicem adiri posse, notat Cran-de Interd. c. 10. n. 160. Simile in summarissimo rerum, quas spirituales dicunt, aliqui observant. Scilicet in terminis meri possessorii etiam judicem Laicum super eo recte cognoscere; mixtum autem possessorum, quod per titulum justificari debet, coram Laico minus recte agitari. Cran. de Interd. c. 10. n. 107. add. Finckelth. de Jur. Patron. c. 8. n. 7.

Etsi vero remedium hoc implorationem dixerim, nolim tamen id ita accipi, ac si Judex citra implorationem præviam, officio suo fungi, atque urgente necessitate, & quietis publicæ causa, summarissimum hoc ordinare nequeat: quin imo non tantum cum neuter contendentium adhuc ad judicium provocavit, id ei licere arbitrot. Vultej. de *Judic.* L. 1. c. 20. n. 38. Jos. Ludov. P. I. decif. Peruf. 20. n. 2. verb. Et tunc Judex vel ad partis petitionem, vel ex officio summarias recipit informationes. Ord. Cam. P. 2. t. 21. §. fin. Us Anruffen der Partheyen oder von sich selbst ex officio, sed etiam tunc cum actor ordinario retinenda possessionis experiri jam tum cepisset, Judici vero de ejus possessione non liqueret, & ad mutuas forteturbanes res inclinaret, Judex ex officio ordinat & injungit, quod facit ad summarie inquirendum, quis possideat, aut pendente lite possidere debeat. Mev. P. 2. dec. 236. Interim regulariter imploratio officii Judicis, quo is causa cognita uter in possessione, quam prætendent constitutus sit, definiat, præcedere solet, arg. Ord. Cam. d. P. 2. t. 21. §. fin. verb. auf Anruffen der Partheyen. hinc formula: In Sachen N. N. implorantens an einen/ N. N. Implorantens an andern Theil erkennen ic. Atque hoc ipsum novum suppeditat ab ordinario seu plenario discrimen, quippe quod si non solennem semper, summarium tamen libellum utcumque requirit; nec vel ex officio, vel regulariter ad nudam implorationem partis expediri suevit. Hinc cum dubium oriretur, ob hisperv in possessorio momenta-

mentaneo summario, oder vielmehr in possessorio ordinario litigiret worden? inter cæteras dubitandi rationes pro summarissimo facientes, occurrebat, daß erst die Sache per supplicationes geführet ic. ut est apud Brunnemann. *Conf. 72. n. 6.*

§. VI.

A Judice ad partes me consero visurus, num quid hic etiam differentiæ notam deprehendere detur? Vix autem notatu dignum quid hac in parte occurrat; nisi quod ubi ob ipsam personæ conditionem adversus possessionem præsumptio est, aut commune jus possessori resistit, judex in admittendo summarissimo facilis esse non debeat. Veluti cum quis remedio hoc uti gestit adversus Principem ratione juris alienus, quod soli Principi conceditur. Covarruv. *pract. quaß. c. 17. n. 6. vers. primum.* P. Rebuff. in *Comment. ad Reg. Conſt. Gall. Tom. 3. tit. de Mater. poss. art. 2. gl. 2. n. 26.* Hinc non esse manutenendum subditum in possessione Regalium nonnulli contendunt, quae de re eximium Facultatis Juridicæ Francofurtensis responsum extat, super quæſtione: Ob einen von Adel zugeſtatten daß er in puncto prætensiæ quasi possessionis Regalium contra Principem & Dominum feudi in Summarissimo possessorio agiren möge? Ubi tandem concludunt: So halten wir davor/ daß die von Adel nicht befugt ratione Jurisdictionis (idem quoque obtinet in aliis Regalibus:) in possessorio summarissimo wieder den Lands-Herrn zu Klagen ic. apud D. Stryck. *Disp. de Necessit. edend. tit. c. 3. n. 32. seqq.* Nec esse defendantum contra Principem in possessorio sum-

summarissimo eum, qui in nuda ac quali quali possessione juris aggerandi existit, docet Hackmann. *de jur. agger. c. 5. n. 130.* cum de cætero etiam Princeps, ne absolutus quidem, jura possessionis temerare, & privatum possessione ejicere queat. Prout adversus Chopinum & Paponium monuit Per Illustr. Baro de Lyncker. *in Anal. ad Struv. Synt. J. C. Lib. 43. tit. 1. tb. 7.* Quodsi etiam subditus hujusmodi. jus, circa quod ei jus commune resistit, quasi possidens & exercens, probare possit, Principem ejus Juris exercitium, suamque quasi possessionem per actum aliquem positivum approbase, tunc non minus vi summarissimi in sua quasi possessione manutenendus erit. Jul. Caponis *Tom. I. discept. forens. 47. n. 30.* Idem pene circa personas plebejas & rusticas inculcat Schilter. *ad Pandect. Ex. 13. §. 12.* inter has etiam præsertim periculo armorum haud imminentे, possessoriū summarissimum decerni non facile debere, sed potius, si causæ qualitas & circumstantiæ non impedian, enitendum judici esse, ut causa penitus & quoad possessionem & proprietatem eodem terminetur judicio compendiose. Illud notare velim discriminē, quod summarissimo hoc etiam ususfructarius, vidua pro jurel retentionis tuendo, creditor pignoratitius, inquilinus, colonus, depositarius, comodatarius, negotiorum gestor, procurator, hospes, amicus, & qui precario possidet, aut familiaritatis jure fundum ingreditur, experiri possint, secus atque his posteriobus casib⁹ in ordinario; cum ex tractatione objecti id satis elucescat. confer. L. B. de Lyncker. *dec. 360. Post. obs. 11. 12. 13. 20. it. obs. 42. n. 74. obs. 52.*

seqq.

seqq. D. Berger. d. §. 21. Mev. P. 9. dec. 117. Neque illi
immorabor, quamvis utilissimæ pariter atque vexatis-
simæ quæstioni; utrum heredibus & in heredes sum-
marissimum competat? cum ad discernendum illud
ab ordinario parum aut nihil conferat, vid. tamen
D. Berger. d. tr. S. 34.

S. VII.

Id vero quod in summarissimo vertitur, est pos-
sessio vel quasi, quatenus defendi se implorans petit.
Unde rursus non una differentia ratio nobis enascitur.
Ut ut enim preparatorium esse hoc judicium cause
possessoræ dictum sit, ac proin videri posset non ad
aliam possessionem id pertinere, quam quæ in posses-
sorio plenario quoque vertitur; tamen hoc interest,
quod in summarissimo nostro communiter nuda de-
tentionis & insistentia habeatur ratio, atque specte-
tur solum possessionis factum, non jus, non conditio
& qualitas possessionis. Fr. Milanens. P. 1. dec. 3. n. 179.
Mev. P. 5. dec. 178. D. Berger. d. track. §. 21. Disputatio
vero super qualitate possessionis, possessorio ordina-
rio in dubio reservetur. Posth. de manuten. Obs. 42.
n. 83. seqq. ita ut etiam tunc, quando adversarius pos-
sessionem, sed sub qualitate confessus fuit, confessio-
nem acceptare, & qualitatem ad petitorum rejicere
liceat. Buratt. Dec. 100. n. 8. Igitur in rebus corpora-
libus sufficerit detentio, in incorporalibus vero qua-
lis qualis usus, Posth. obs. 3. n. 23. Rot. Bonon. decis. 138.
n. 63. etiam tunc quando contra verum possessorem
summarissimum hoc instituitur D. Berg. d. §. 22. p. 112.
modo de possessionis vitio ex ipsis actis evidenter

non constet; et si enim Judex non inquirat hic in iustitiam possessionis, & inde per consequentiam etiam hunc, qui nullo jure detinet, in possessione tueatur, non intendit tamen tueri eum, de cuius vitio certus est. D. Born. d. Disp. c. 3. §. 2. Atque haec tenus quod dicitur, in summarissimo de qualitate detentionis non quæri, ad detinentem tantum pertinet, ut hic nimirum ostendere eam non debeat; non etiam ad illum, qui adversus detinentem manuteneri cupit, maxime si absque ulteriori disceptatione de virio detinensis appareat. D. Jo. Phil. Lyncker. de Interv. poss. S. poss. M. 3. n. 2. seqq. Quo pertinet, quod in vetitis & turpibus non magis huic, quam ordinario possessorio locus detur, nec etiam si quid in se & sua natura indiferens, lege tamen publica prohibitum sit, ad summarissimum confugere liceat. Menoch. Retin. poss. R. 3. n. 156. seq. Posth. Obs. 10. n. 91. seqq.

§. VIII.

Debet autem eo ipso adhuc tempore, quo utitur hoc remedio, auctor in possessione vel quasi constitutus esse: Non enim universa causa possessionis & adipiscendæ & retinendæ & recuperandæ, sed solius retinendæ possessionis præsentis, materiam circa quam possessorum summarissimum occupatur, constituit; suffragante præter inferiorum judiciorum usum, ipsâ quoque Imperiali Camerâ. arg. Ord. Cam. P. 2. cap. 21. §. 1. verb. Ob hinführte zwey oder mehr / so dem Heil. Reich ohne Mittel unterworfen/ irrig und freitig wärden um Einhaben oder possession eines Gutes oder Gerechtigkeit/ also daß sich iegleicher für einen Besi-
her

B (ii) B

her des streitigen Guttes oder Gerechtigkeit hielte.
& s. ult. verb. die Gewehr possession oder quasi aus red-
lichen Anzeigungen zweifelich ic. it. welchem Theil die
possess vel quasi einzugeben ic. it. solches seinem Theil
an seinem Inhaben/ oder Besitz im Rechten Nachthei-
lig seyn. L. B. de Lyncker in Struv. S. J. C. tir. de In-
terd. lib. 5. & ad tit. uti possid. p. 48. Pfankuch. de
Possess. summar. lib. 1. c. 4. n. 7. ib. & ita Cameram in
hoc puncto servare quotidiana me docet experientia. &c.
& c. 7. n. 3. Hinc quamvis non pauci de adipiscen-
da quoque & recuperanda possessione, & vel ma-
xime quando utraque pars, mortuo forte posses-
sore se heredem prætendens, eam occupare intendit,
summarissimum institui posse tradant; Gail. Lib. 1.
obs. 5. Carpzov. Lib. 1. Resp. 9. cumprimis, quod hoc
posteriori casu uterque quasi possessionem prætensi ju-
ris habere videatur, ex quo possessionem vacantem
ad se pertinere contendit. Frider. de Processib. Lib. 1.
c. 44. n. 8. Cran. de Interd. c. 11. n. 133. sequi tamen
eorum sententiam vereor. Etenim ut ut in adipi-
scendæ & recuperandæ possessionis causa, officium,
quoque Judicis implorare & extra procedi posse fa-
tear, ista tamen remedia aliud post se possessorium
pleniū non expectant, petitorio tantum viam parant,
cum ex adverso summarissimum ipsius possessorii, pu-
ta plenarii causam præparet. D. Berger. d. §. 22. Schil-
ter. d. Ex. 13. §. 12. Quæ & Posthii sententia fuisse vi-
detur, de adipiscenda possessione ita demum summaris-
simum admittentis, si quis immissionem obtinueret.
de Manut. obs. 15. n. 6. add. obs. 3. n. 19.

III

C 3

§. IX.

De cætero vero non modo qualitas possessionis
hoc in judicio non attenditur, sed nec quantitas qui-
dem, seu quamdiu quis possederit. Tametsi enim
hodie Lipsienses Juris Consulti, ad obtinendam pos-
sessionem præsentaneam, annum tempus requirant;
quorum sententiam & præsenti aequitate commendata-
tam, & in conventu publico Dresdæ Anno 1699, in-
stituto comprobata esse scribit laudatus modo D. Ber-
ger. d. §. 22. add. D. Rivin. in Ordinac. Proc. ff. tit. 20.
Enunciat. 26. p. 776. ibi. und Jahresfrist beschlossen.
& Enunciato 119. p. 837. Nostrates tamen J. C. juxta-
cum Wittenbergensibus contra sentiunt, nec ad an-
nuam possessionem præcise respiciunt, sed potius Ju-
dicis arbitrio determinandum relinquunt, quanto
tempore aliquem possedisse oporteat, quo is pro ra-
tione circumstantiarum, circa actus possessorios ob-
venientium, modo laxius modo angustius admittat.
D. Berger. cit. loc. conf. D. Born. Disp. de Act. in fact.
pro ret. poss. pref. compet. c. 7. §. 4. D. Werner. Select.
consil. forens. 49. vid. Carpz. P. 2. Const. 7. Def. 14. Qua-
ratione nec inutiles omnino censendi articuli quos in
demonstranda possessione præsentanea, causarum Pa-
tronii ita fere formare solent: wahr und Zeugen bewusst
dass N. N. von 1. 2. 3 und mehr Jahren her auf den
libellirten Orth gehütet haben.

Inter potissimas dehinc differentias causas, qui-
bus summarissimum ab ordinario distinguitur, refero
expeditissimam in eo procedendi rationem, qua cum
in

in qualitate cognitionis, tum in probationum indole
conspicitur, atque cum primis specificam ejus differen-
tiam constituit, Schilt. d. S. 12. Ad qualitatem cogni-
tionis pertinet, quod, cum possessorio ordinario, seu
plenario preparando nostrum inserviat, celeriter & abs-
que ulla mora preparatur. Inquit hinc ex diuturni-
tate & prolixitate processus, summarissimum institu-
tum haud videri, Brunnemann. cons. 72. n. 3. So er-
scheint auch aus der weitläufigkeit dieses processus,
dass er pro summarissimo nicht zu halten / weil er ins-
neundte Jahr gewähret. Arque quo celerius discepta-
tio in summarissimo peragatur, processu judicario in
eo opus non esse, nec quicquam ultra requiri, quam
quod ad possessionis summariam indagationem facit,
imo etiam substantiales quasdam judiciorum partes
Pratermitti posse, sunt qui statuant cum Posthio obs.
79. n. 4. Mevio P. 2. decisi. 238. De quo distinctius vi-
dendum.

S. XI.

Et quidem illud ex dictis § 5. constat, tunc quo-
que cum ad partis instantiam hoc ad judicium per-
venitur, attamen libello opus haud esse, sed sufficere
si de simplici & plano imploretur officium judicis.
Posth. Obs. 78. n. 1. & 2. Jos. Ludovic. P. 1. dec. Perus.
20. ib. absque ullo penitus libello. Quae imploratio ut
formari debeat, res ipsa loquitur; scilicet Imploran-
tem esse in praesentanea possessione, inque ea à parte
adversa turbari, quare petere se, ut judex de possesso-
ne hac edocitus eousque quiete possidere jubeat, quo-
ad pars adversa vel ordinario possessorio, vel petitorio
judi-

judicio aliud evicerit. Carpz. Lib. 1. Resp. 10. n. 14. Ita
 sane in Judiciis communiter, seorsim vero in Imper-
 rialis Cameræ judicio, quomodo formanda ea sit, do-
 cet Schyvanmann. Proc. Cam. l. i. c. 16. n. 4. Saxonico
 in foro, imprimis Electorali Carpzovius observat;
 dupliciter super possessione præsentanea agi solere, vel
 instituta quasi extraordinaria in factum actione utili,
 vel petendo inhibitionem, ad instar interdictorum
 Prætoris; ita ut actione in factum communiter in ju-
 diciis agatur inferioribus, inhibitiones autem ut plu-
 rimum decernantur in Curiis provincialibus, de Pro-
 cess. tit. 23. n. 10. seqq. Quod sane, si de inhibitionibus
 illis, quibus novam quasi formam ac modum specia-
 lem impetrandi & decernendi dedisse observantiam
 prædictarum curiarum idem annotat, accipias, haud
 dubium est: De cætero tamen nec incognitæ omni-
 no inhibitiones, & quæ in vicem eorum Camera Imperialis
 decernit, mandata, etiam aliis judiciis sunt.
 Clud. Rer. quot. c. 5. n. 6. § 74. Sic & Serenissimo-
 rum Ernestinæ lineæ Ducum, quod his in Provinciis
 floret commune Dicasterium, ad solemnia illa proces-
 sus inhibitivi, quæ singulari Dissertatione laudatus
 Carpzovius, & ad Processum Fibigii D. Svendendorf-
 ferus p. 220. executi sunt, non omnino adstringi, atque
 ut plurimum ipsi actioni in factum seu implorationi,
 petitionem inhibitionis jungi, eamque juxta cum ci-
 tatione decerni solere, edocet sum.

§. XII.

Citationis dum memini, patet omissionem ejus
 inter notas distinctivas possessoriij summarissimi mes-
 haud

haud agnoscere. Etsi enim verissimum sit, summarissimum hoc non omnino indigere citatione, docente Mevio P. 2. dec. 237. id tamen non quia summarissimum est, sed quando periculum instans moram non patitur, ei accedit. Vinc. Caroce. dec. 19. n. 97. Mev. d. Decis. 237. n. 4. & P. 3. Dec. 164. Unde regulariter in summarissimo quoque adhibenda citatio, Carpz. L. 1. Resp. 10. n. 21. & in Proc. Tit. 23. art. 1. n. 24. cuius processus celer quidem at non præceps, sed talis esse debet, ut Judex de possessione informari possit, & quidem non ab una tantum, sed etiam ab altera parte, Mev. P. 9. dec. 14. n. ult. quod citra citationem partium fieri vix potest, cum nec asserenti etiam Judici, imo Princi vel Papæ, se esse informatum, non præmissa partium audizione fides habeatur. Thom. Grammat. Dec. Neap. 65. n. 10. & 11. Menoch. de Retin. poss. Rem. ult. n. 31. add. Haberkorn. dec. 60. Thyll. Vindic. Gail. lib. 1. obs. 6. verb. previa tamen citatione ad comparendum. Bluhm. Proc. Camer. tit. 31. n. 29. qui de observantia Camerae Imperialis notat, quod, si actor hanc citationem impetraret, solus reus, quia actor jam est in Judicio præsens, citari soleat, si vero Judex ex officio illam decernat, quod tunc Judex utramque partem citet, jubens ut in Camera certo termino compareant.

S. XIII.

Illud magis expeditum est, litis contestationem in summarissimo possessorio minime requiri, cum ne in aliis summarisi quidem causis ea exigatur. Posth. obs. 80. n. 4. Carpz. d. Resp. 10. n. 15. seqq. Nec refert

sive principaliter & ab initio illud institutum fuerit, sine lite super possessorio ordinario vel petitorio pendente, inciderit: Menoch. d. Rem. ult. n. 32. habetur enim primus actus, merita causæ respiciens, loco litis contestationis. Mantic. dec. 204. n. 14. Seraphin. dec. 9:0. n. 3. Actum merita causæ respicientem requiro, oppositione enim dilatoriarum exceptionum responsionis loco defungi quis nequit; Posth. d. obs. 80. n. 6. unde cum causa summarissimi in Curia Provinciis his Saxoniciis communi verteretur, & turbans exceptionem litis pendentia irrito conatu opponeret, pronunciatum fuit Term. Adv. 1701. daß imploratens Anwald richtiger denn geschehen sich zu legitimiren/ auch der vorgeschüchten litispendenz ungeachtet/ sich auf die erhobene imploration einzulassen schuldig, & sine mora ad demonstrandam præsentaneam possessionem devenitur; ipsa indole hujus remedii id depositente ut ad probatoria properetur. Mev. P. 2. dec. 138.

§. XIV.

Juramentum quoque calumniæ quod generale dicunt, frustra hic exigi, eoque nomine summarissimum à possessorio ordinario distingui, sunt qui tradant: cum de calumniis jurantes asseverent, quod credant se justam fovere causam; atqui in summarissimo hoc non possessionis justitiam, sed præsentem dunt taxat statum vel nudæ detentionis inspici, quæ etiam furi, Latroni, & insulto ac violentio possessori competere queat, Gail. lib. 1. obs. 6. n. 3. Posth. obs. 81. n. 22. 23. Perpendenti autem, quæ supra §. 7. observavimus, non adeo planum videbitur hoc de omittendo jura-
mento

¶ (27) ¶

mento calumnia in summarissimo assertum; quin potius eo magis, sicuti hoc genus juramenti in judiciis receptum est, religioso isto vinculo, constringi litigantes eorumque Advocatos præstat, quo frequentius eos abuti summarissimo solere constat. vid. Mev. P. p. dec. 14. n. 1. Schilter. d. Ex. 13. §. 12. in fin. Quod nec ipse dissitetur Postius, periculosa in conscientia remedia possessoria pronuncians, si adsit defectus proprietatis, ac proinde admonens advocatos & procuratores, quo cauti sint in illis intentandis, nec cognita calumnia vel litem instituant, vel saltim institutam tempestive deserant. d. obf. 81. n. 28. Consentit nobiscum laudatus Jo. Philipp. Lyncker, utiliter hoc in casu adhiberi juramentum calumnia, ut se non calumniosè manuentionem petere juret alter asserens, de interversi possess. scđt. poss. Membr. 3. n. 9.

§. XV.

Diversitas porro summarissimi, quæ in expedita probationis via conspicua est, variis se exerit modis; cum primis autem, quod nec ordinaria, nec plena & perfecta probatio hic exigatur, sed demonstratione tenuida fidem aliquam & verisimilitudinem super possessione soli judici fieri, sufficiat. Hinc pronunciandi formulæ: Daz Kläger die possession vel quasi wie in diesem summario processu gebräuchlich/ zubescheinigen schuldig. it: Als ist es folch sein Vorwenden/ nach Arth und Eigenschaft des possessorii summarissimi bezüglich bringen schuldig. ap. Richter. dec. 104. n. 6. Ita in universum quæcunque de probatione irregulari, quam demonstrationem dicunt, usu fortí obtinuerunt, hue ap-

plicari possunt. Pura quod demonstratio in possessorio summarissimo ad fatale probatorum adstricta minime sit, sed Judici integrum relinquitur, terminum, quem voluerit praestituere. D. Rivin. *ad Process. tit. 20.*
Ez. 7. ib. und in summario possessorio so lange die Einbringung dergleichen Bescheinigung zulässlich/ bis selbst ge auf eine Sachsische Frist eingeschrenkt. Unde testes alii super iisdem articulis quandoconque produci poterunt, nec attenditur metus subornationis. L. B. de Lyncker. *dec. 471.* Quod denionstrantis liberimo arbitrio relictum sit, utrum articulis uti velit nec ne D. Werner. *concl. forens. 63.* vid. tamen *Constit. Electoral. noviss. 1. ib.* Daß eine oder die andere Parthey Zubescheinigung der possess. in processu des momentanei possessori summarischer Weise entweder vor dem Richter oder Notario und Zeugen articul einzugeben. Quod testibus usurus, non citata etiam adversa parte, ad videndum jurare eos, coram alio plane judicio, vel etiam à solo notario & absque judicis ordinarii commissione, examen eorundem rotulique confectionem impetrare queat. D. Berger. *d. §. 21. Goed. Conf. Marburg. vol. 3. consl. 32. n. 267.* Dissentit Mev. *P. §. Decis. 492.* Imo ne communicari quidem attestaciones, aut inspiciendæ offerri partibus solent, cum soli Judici demonstratio hoc in causarum genere fiat. Bluhm. *Proc. Cam. t. 31. n. 32.* Quomodo Ictos Rostochienses pronunciasse Richter. *decis. 104. n. 12.* observat: Worte auf alsdann ohne einige communication solchen articul der Eydliche Beweis darüber aufgenommen/ und ueleinommenden solcher Zeugen fund schaffen/ ohne Ertheilung

lung einiger Copeyen der streitigen possession halber
in summarissimo erkandt werden solle was Recht ist.
Nisi forte alicubi mores in diversum abeant, ceu de
Curia Romana est apud Vergin. de Bocat. de Interd.
uti poss. c. 14. n. 46. add. Menoch. d. Remed. ult. n. 40.
aut partes in publicationem consenserint, vid. tamien
Cran. de Interd. c. 10. n. 113.

§. XVI.

Injuratos quoque testes fidem in summarissimo
hoc facere, probat Menoch. d. Rem. ult. n. 39. Modeft.
Pistor. Vol. 1. consil. 51. n. 16. Carpzov. in Proc. tit. 23.
art. 1. n. 36. & in Jurisprud. forens. P. 2. Consil. 7. Dof. 15.
it. lib. 1. Respons. 11. n. 7. Mev. P. 7. dec. 293. n. 4. Et
receptum est in Curia provinciali hujus loci vid. L.
B. de Lynck. decis. 218. p. 125. Contrariam tamen senten-
tiam tuetur Finckelth. obs. 32. atque quodammodo
amplexus est Elector Saxon. in decis. novis. 1. dispo-
nens, ut ad demonstrandam possessionem in processu
summarissimo, ad minimum unas testis juratus adhi-
beatur. Excepto casu, ubi inter litigantes periculum
aliquod, vis aut tumultus meruendus; tunc enim etiam
duobus injuratis quidem, sed & omni exceptione ma-
joribus testibus credendum esse statuit. Ipse quoque
laudatus modo in contrarium Mevius P. 8. dec. 492.
faretur, usum fori non tantum, à sententia injuratos
testes hic admittentium, ut plurimum discedere, sed
& analogiam juris illi refragari, idque magis placet
etiam D. Hertio. Disp. de prob. in poss. sect. 1. §. 9.
Andr. Clud. Rer. quot. c. 5. n. 47. ubi hoc usu esse re-
ceptum seque in Camera Imperiali ita servari vidisse

scribit. Carpz. in Proc. tit. 23. art. 1. n. 41. ubi de ob-
servantia Curiæ provincialis Lipsiensis testatur.

S. XVII.

Neque reprobatione, adversus testes, eorumque
personas & dicta uti in judicio hoc conceditur, Co-
varruv. Pract. quest. c. 17. n. 4. vers. 7. Menoch. d. Re-
med. ult. n. 41. Farinac. de test. quest. 62. limit. 9. n. 195.
Finckelth. obs. 117. n. 12. Carpz. in Proc. tit. 23. art. 1.
n. 42. & L. 1. Resp. 11. n. 12. seqq. Nisi quatenus Ju-
dex rationem aliquam admittendi exceptiones contra
personas & dicta testimoniū subesse putaverit: totum enim
hoc ejus arbitrio relinquī notat Mev. P. 3. dec. 132.
Menoch. d. rem. ult. n. 43. qui, si accusatio eviden-
tem probationem haberet, recipi eam posse, notat.
Multo magis ipsi judici licebit graves ob causas testem,
etiam in summarissimo hoc, repellere vel saltim de-
positionem ejus in ferenda sententia negligere. Vel-
uti hinc cum causa communitatī ventilaretur, cuius
commodum ad singulos ex illa universitate pertine-
ret, membra ejus in possessorio summarissimo testes
idoneos minime reputatos neque depositionis eorum,
rationem habitam esse, refert D. Wernher. select.
concl. forens. 50. indulgenda quoque non dubie, re-
probationis loco, contraria quādam demonstratio par-
ti adversa est. Mev. P. 6. dec. 309. Carpz. P. 2. conf. 7.
def. ult. prout pronunciatis Curiæ provincialis quā
hic viget, firmat Richter. d. decis. 104. n. 14. & evin-
cit sententia in Term. Egid. 1701. lata, hujus tenoris:
Dieweil implorat auf implorantens Vorbringen sich
eingelassen/ und desselben nicht geständig/ so ist dieser so
viel

viel ihn daran verneinet/ binnen Sächs. Frist der Ge-
bühr zubescheinigen schuloig/ Imploranten seine Gegen-
Bescheinigung und andere Rechtliche Nothdurfft dar-
gegen vorbehaltlich. Eaque ratione testium produ-
ctorum falsitatem, contrarietatem, aliosque defectus
demonstrandi occasio non deficiet, Mev. d. dec. 300.
n. 3. absque quo necesse sit, vel quoad dicta vel quoad
habilitatem tertium reprobatorum admittere cum
Cranio de Interd. c. 10. n. 10. Admittunt etiam inter-
rogatoria in summarissimo hoc Domini Scabini Lip-
siensis, quoties articulis inclusa est demonstratio,
apud D. Rivin. in *Process. tit. 20. en. 46.* Forte , quod
articulos judici offerens, tacite in partis adversæ in-
terrogatoria consensisse videatur, add. Gail. L. 1. obs. 103.
n. 4. ibi parte altera vocata ad dandum interrogatoria.
Contraria tamen sovet opinionem Facultatis Juri-
dica Lipsiensis, ut idem D. Rivinus præjudicio addu-
cto observat, eandemque sententiam sequuntur etiam
Domini Wittenbergenses , teste D. Wernebro. *Sel.*
concl. forens. 63. vid. *Caavalcani de Contractib. P. 2. de-*
cis. 23. n. 105. *Vultej. de judicio. L. 1. t. 2. n. 38.* Generalia
vero interrogatoria circa personas testium & quidem
pauca à Commissariis ipsis, seu examinatoribus, sole-
re confici , & super illis testes examinari meminit
Clud. *Rer. quotid. c. 5. n. 54.* Neque ullus dubito , si
ad interrogatoria danda speciatim quis citari curave-
rit, vel utraque pars judici interrogatoria exhibuerit,
admitti ea, salvo in cæteris processu summarissimo
poste. Sic in causa coram Regimine Hallensi venti-
lata, cuius infra §. 21., mentionem faciam, annotatum

ex

33 (32) 56

ex actis est: Beyde Theile haben Beweis-articul über-
geben/ daß auch iedes Theil wieder seines Gegentheils
articul interrogatoria eingehändigt/ und sind die Zeu-
gen darauf so wohl als auch die articul eydlich abge-
höhret ic. ob wohl die Disputationes denen Partheyen
abgeschlagen worden.

§. XVIII.

Num porro solis testibus an cæteris quoque pro-
bandi modis v. c. confessione partis adversæ, inspe-
ctione oculari, uti in summarissimo liceat, frustra am-
bigitur. vid. Posth. obs. 19. per tot. Nisi quod instru-
menta ab hoc probandi genere nonnulli omnino ex-
cludant. Wesenb. P. 1. conf. 20. n. 10. & ad Pandect.
t. de A. A. P. n. 6. Verum hos abunde convincit Im-
perator Constantinus, in exercendis litibus, eandem
vim obtinere tam fidem instrumentorum, quam de-
positiones testium, rescribit in l. 15. C. de Fid. instru-
ment. Quin nihil pene frequentius, quam super facta
possessionis apprehensione, per Notarios instrumenta
conscribi, indeq[ue]c possessionem probari Posth. obs. 18.
n. 6. & obs. 21. n. 6. seqq. Quid vero dicemus de sum-
marissimo? Hic vero instrumenta ad faciendum fidem
admitti debere ne dubitandum quidem esse, intuit
Finckelth. obs. 117. n. 2. cum in hoc sufficiat aliquam
fidem & verisimilitudinem super possessione fieri, nec
exacta probatio desideretur. Mev. P. 4. dec. 293. n. 2.
Imo in summarissimo possessorio etiam plus fidei in-
strumentis quam testibus tribuendum esse, sunt qui
tradunt. Petr. Rebuff. in Conf. Regn. tit. de Mater.

pos-



§ (3) §

possess. art. 3. gl. 1. n. 2. Cothm. Conf. 20. n. 25. & 26. Quo casu quæstum est, an instrumenta in hoc summarissimo producta ita demum probent, si à parte adversa recognita fuerint? Affirmativam tuetur Finckelth. d. obs. 117. n. 8. Schilter. in add. ad Pand. Ex. 35. tb. 22. Enim vero cum hic probatio fiat non parti sed Judici, & ex more nonnullorum judiciorum, qualis etiam in Curia provinciali hic viget, ne quidem inspiciendi documenta facultas adversario concedatur; vid. L. B. de Lyncker. dec. 218. ib. quoniam enim testimonia neutrabi jurata, partim et iam scripta, nec communicata, indicem fuerant &c. hinc in possessorio tantum summarissime subsistendum fuit, facile liquet, judicis hoc arbitrio committendum esse, quam probandi vim documentis nec recognitis in summarissimo hoc judicio tribuendam duxerit; Hinc à sententia Curiae supremæ Lipsiensis, quam Finckelthusius exhibet, recessisse hactenus Senatum appellationum Electoral. videre est ex traditis D. Rivini ad Proc. tit. 25. en. 6. ubi docet, in possessorio summarissimo, instrumenta pro informatione judicis producta nequaquam recognosci debere, & si vel maxime recognitio per sententiam injungatur, declinari tamen de facili eam posse.

§. XIX.

Juramenti vero delatio, quamvis in alio summario quoque processu admittatur, in summarissimo tamen loco probationis adhiberi nequit; cum hæc probationis extraordinariae ejusmodi species sit, quæ in continentieri haud dicitur. L. B. de Lyncker. in

E

Com-

¶ (34) §

Comment. jur. ad tit. de jurejurand. §. 32. in fin. Neque actor solum in judicio hoc summarissimo, juramentum super possessione sua reo deferre nequit, sed & reo contraria demonstratione usuro, id haud conceditur. Sic reo, possessioni actoris vitium clandestinitatis & precarii in articulis contrariae demonstrationis impudente, eosque articulos conscientiae actoris committente, Senatus Appellationum prouinciavit, iedoch hat die darbei unternommene Eydes delation nicht statt. Et postquam incluta Facultas Lipsiensis, cum demonstracione contraria reo juramenti delationem expresse reservasset, interposita leuteratione, Facultas Juridica Wittebergenensis respondit, daß die denen Beklagten nachgelassene Eydes - delation nach Gelegenheit diesfalls nicht statt hat. ap. D. Rivin. in Proc. tit. 21.

en. 34

§. XX.

His quos diximus modis peracta probatio, in summarissimo sufficiens habetur, et si aliqualis solum nec nisi semiplena fuerit. L. B. de Lyncker. dec. 282. p. 234. Carpz. in Proc. tit. 23. n. 27. Unde etiam teste unico, omni exceptione majore, fieri potest Carpzov. d. t. 23. n. 31. & L. t. Resp. ii. n. 4. Philipp. ad Decif. Electoral. i. obs. 9. si de actu deponat eo, qui possessionem praesentaneam necessario arguit. Atque tunc vel unicum actum possessorum probasse, ad victoriaram in hoc judicii genere reportandam, nullo habito rerum discrimine, corporales sint an incorporales satis erit. L. B. de Lyncker. decif. 103. D. Stryck. disp. de Decret. interim. c. 2. n. 53. Mev. P. 7. dec. 168. D. Werther.

Select.

§ (35) §

Select. concl. forens. 49. veluti rationem redditio Gra-
tian. Discept. c. 615. n. 33. Praesentatio Pastoris, Brunn.
ad l. i. ff. de itin. actuque privat. residui exsolutio A.
Faber. in Cod. l. 4. t. 14. def. 32. Scilicet si recentior
fuerit, & contradictor illum fateatur & antiquiore
possessione se tantum fundet Mev. P. 3. dec. 91. n. 2.
Unde nec instrumenta ad fidem, summarissimo hoc in
judicio, aliter valere, quam si de actibus novissimis
testentur, probe monet. D. Hert. de Probat. in possess.
S. i. S. 9.

§. XXI.

Finis istius possessorii est determinare, quis in
possessione constitutus, ac proin in ea defendendus,
& rei vel actoris loco posthac habendus sit. Quo
definito, quicquid ultra controversum est, ad ordi-
narium possessorium vel petitorium remittitur Mev.
P. 3. dec. 94. Igitur informationibus maturo judicio
perpenitus, super momentaneo tantum, in favorem
melius probantis pronunciatur, salvo plenario posses-
sorio & petitorio. Bluhm. Proc. Camer. t. 31. n. 33.
Quid si vero contendentes vel nihil probaverint, vel
utriusque probationes sint aequales? Priori casu com-
muni juris regulæ locus erit, actore non probante re-
um absolvit: posteriori vero utrumque in possessione
defendi convenit, si modo compositioni locus esse
queat. L. B. de Lyncker. Dec. 382. ib. Und solche re-
tentio keinen possessorem neben sich leidet. & dec. 360.
ib. die compositione aber derselben nicht aufzudringen.
confer prolixè hac de re disputantem Menoch. Rem.
retin. poss. 3. n. 739. seqq. ubi n. 778. tandem conclu-
dit,

dit, vix fieri posse, quin bene oculatus, doctus & diligens judex, adhibito omni studio & prudentia, habito etiam peritissimorum consilio, aliquibus conjecturis & præsumptionibus deprehendat, quis in possessione potior sit. Hinc etiam sit, ut aliquando utriusque quidem possessio, sed in diversis partibus firmetur. Exemplum præstat sententia ad requisitionem Regiminis Hallensis, hac in Salana quondam pronunciata: Dass die quasi possesse Tagen in diesem summarissimo processu zur Nothdurft bewiesen. Ist demnach Herr G. O. an/ um und in dem Gehölze die Zieh-Lohn genandt/ desgleichen die von G. zu T. in und umb die Hornburgische Holz Heck und Egdorffischen Busch/ bey der gemeldten Tagt-Gerechtigkeit zu manuteniren/ dagegen ist die darwieder bishero angemachte turbirung einzustellen / iedoch wird beyden Theilen ihr angezogenes und wieder solch Tagen streitendes jus, in possessorio plenario gebührlich anzubringen/ und anzusühren hiermit vorbehalten.

§. XXII.

Dixi supra, momentaneo tantum pronunciari, & quicquid ultra controversum est, ad ordinarium vel petitorium remitti. Conficit inde Mevius, nullam factorum, de quibus controversia existit, fieri cassationem, nec pignoratorum injungi solere restitutio nem, sed ea ad ulterius judicium remitti, cui per summarissimum præjudicium fieri non oportet. P. 3. dec. 94. n. 2. ubi ex Contardo monet, in praxi hoc provide à judice observandum, ne ultra pronunciatio vel provisionale Decretum procedat, quam ut pendente

lite

lite in futurum omnia sint quieta, de cætero sine cū-
jusquam præjudicio. Nec repugno admodum, ubi res
moram patitur, & pleniori discussione indiget: quia
tamen non raro evenit, turbantem, si hoc judicio
succubuit, ab ordinario aut petitorio vel omnino ab-
horrere, vel ad id post longum demum tempus acce-
dere, consultum fuerit, illarum saltem pignoratio-
num nomine, quæ possessorio huic instituendo ansam
dedere, judicis simul implorare officium, quo vel
confestim impetrata inhibitione, vel per sententiam
in summarissimo latam, pignorum fiat restitutio; quod
salvo jure partis, plerumque decerni solet. Illud pa-
lam est ipsique Mevio observatum, quod, si jam mota
lite attentarint quædam litigantes, non eo minus re-
vocari in summarissimo quam alio, itaque cassari &
restitutionem injungi. De fructibus quatenus in sum-
marissimum veniant, & quomodo illud hoc nomine,
ab ordinario discrepet. vid. D. Jo. Philip. Lyncker.
de Interpers. possess. lect. post. Membr. 3. §. 9.

§. XXIII.

Sed num quid necesse est, ut iudex in sententia
semper expresse reservet possessorium ordinarium ac
petitorium? Dubitat de petitorio Bluhm. *in Prot. t. 31.*
n. 33. cum competit ipso jure, eoque nomine provo-
cat ad Meichsner. *Decis. Camer. Tom. 1. Lib. 1. dec. 1.*
& 7. Sed enim quia hæc ipsa reservatio potissimum
discrimen summarissimi ab ordinario exhibet, idque
præparatorium esse arguit, difficile erit atque anceps
à recepto pronunciandi more recedere. Nec laudati
Meichsneri tradita aliud evincere, insipienti consta-
bit;

S (38) S

bit; prima enim decisionis sententia reservationem
non obscure expressisse videtur his verbis: Doch ih-
nen denen Beklagten alle ihre Sprüche und Forderungen
gegen ermeldten Klägern gebührlicher Weise vorzubrin-
gen/ vorbehalten: Quæ vero decisione septima n. 13.
in voto correferentis, hanc in rem habentur, singula-
rem præ se ferunt causam, quia actor nihil penitus pro-
duxerit, ex quo victoriam in petitorio judicio sperare
posset. E contra reus. Et titulo & possessione sit fulcitus.
nec non quod reus plene possessionem probaverit, & actor
deduxerit incidenter petitorum sed nihil probaverit. Qui-
bus vero verbis reservatio hæc fiat, dummodo non in-
commodis & obscuris, parum refert. Si actor pos-
sessionem præsentaneam probavit, ut plurimum pro-
nunciari solet: Dass Implorant in der possess (si de
possessione rei corporalis actum:) vel quasi (cum de
possessione juris agitur) des (v. c.) Tagens in loco
quæst. N. N. so lange bis implorat in possessorio or-
dinario oder petitorio ein anders wie recht ausgefüh-
ret/ billich zuschützen; quandoque additur: Dermaßen
wir ihm dann auch hiermit dabei schützen. Ita Curia
provincial hic, in Term. Viti superior, ann. pronun-
ciabat. Sin actor possessionem probare nequiviter,
reus autem se in possessione evicerit, sententia fertur,
dass implorantens Suchen nicht statt habe/ sondern es
ist implorat vielmehr bey der possess vel quasi des freie-
tigen Plazes/ und der ihm darauf zustehenden Gerich-
tigkeiten/ insonderheit ic. ic. bis so lange implorant in
possessorio ordinario oder petitorio ein anders / wie
recht ausgeführt/ zuschützen. Certus vero terminus,

intra

intra quem ordinarium possessorum vel petitorum institui debat, in sententia itac praesigⁿ non toler. Nec in Imperiali Camera Bluhm. Proc. Camer. t. 31 n. 33. Quamvis si qui succubuit in possesso summarissimo, cunctetur instituere reservatum sibi ordinariu vel petitorum, consulere Victor sibi queat provocationis remedio ex l. dissimilari. vid. D. Rivin. ad Proc. tit. 1. en. 32. Additur quandoque sententia in summarissimo condemnatio de reparandis damnis, removendis impedimentis, restituendis pignoribus & si quae alia hujus generis sunt, quae ex iuglo fori usu commodius addiscuntur. Quo & referimus, quae Carpzovius de non imponenda hoc in iudicio cautione de non turbando monuit. L. 1. Resp. 15.

§. XXIV.

Cum sic conceptam in summarissimo sententiam, res ipsa à sententia in ordinario lata satis distinguat, non est, ut, an definitiva ea sit vel interlocutoria, multum solliciti simus: utrumque enim, sano tamens sensu asseri posse probat Carpz. L. 1. Resp. 12. & in Proc. t. 23. art. 1. n. 44. seqq. Utique causam assertarum possessionis momentaneæ plane definit, tantæque reputatur efficacia ut vim ea habere trium conformium dicatur Curialibus in Romana Curia, apud Virginium de Bocatiis, JCTum Romanum. tr. de Manutent. in Prafat. Unde non ausim ex eo solo, quod actor petat: zuerkennen und auszusprechen: ad ordinarium inferre, modo in aliis forma summarissimi obser-

35 (40) 56

observata sit. vid. tamen Roßner. ad Oldendorp. de
Form. innestig. action. p. 492. Tunc vero non dubie
interlocutoria est, quando litigantibus ob nondum de-
monstratam possessionem, nunc primum ordinare
summarissimum injungitur, cuius exemplum exhibui-
mus supra §. 17. & sicut etiam Mevius. P. 2. dec. 238.
addi Bluhm. Proc. Cam. tit. 31. n. 34.

S. XXVI.

Sequitur, ut, quantum discrimini, quod ratione
remediorum suspensivorum ac devolutivorum hic con-
stitui solet, tribuendum sit, paucis videamus. Est igit-
ur regula quamvis in possessorio ordinario, si non
jure civili, tamen Canonico, quod usus recepit, ap-
pellationi locus omnino sit, nihilominus aduersus
sententiam in summarissimo latam, neque leutera-
tionem, neque appellationem, neque supplicatio-
nem, neque revisionem, neque nullitatis querelam,
nec restitutionem in integrum admitti, de qua con-
ferendi L. B. de Lynck. dec. 563. Menocæ. rem. ret.
poss. ult. n. 48. seqq. Berlich. P. 2. decis. 276. Carpzov.
L. 1. Resp. 13. Mev. P. 5. dec. 394. Clud. Rer. quot. c. 7.
n. 87. seqq. Posth. obs. 106. & decis. 349. n. 12. Scacc.
de Appellat. qu. 17. lim. 6. Hujus vero regulæ complures
dantur exceptiones; inter quas est, si ex sententia in
summarissimo lata damnum enascatur irreparabile,
cujusmodi habet, quod ipsum caput respicit posse-
sionis, & in petitorio non possit reparari. L. B. de
Lyncker. dec. 492. aut si non omnino irreparabile,
tale tamen damnum sit, quod sine magna difficultate,

sum-

sumtibus multis & iactura temporis reparari nequeat.
 Carpz. in Proc. tit. 17. arti 4. n. 36. si admixtam habeat
 causam proprietatis. Carpz. L. 1. Resp. 14. Cacheran.
 dec. 25. n. 10. aut nomen summarissimi magis obtin-
 etur, quam ut revera subsit Mey. P. 9. dec. 14. Si nul-
 litas in ipso processu summarissimi admissa, eaque no-
 toria sit. Id. d. dec. Illi quoque, quod de non admit-
 tenda restitutione in integrum diximus, exceptionem
 subjiciunt, si ex causa speciali v. g. minorenitatis, vel
 quia contra universitatem pronunciatum ea petatur.
 D. Wernher. Sel. concl. forens. 60. Dissent. Posth. d. obs.
 106. n. 76. Denique interventioni etiam in summaris-
 simo locum quidem damus, nec tamen postquam per-
 acta est pene causa, interventio potest efficere, ut in
 summarissimo non pronuncietur. Mey. P. 3. dec. 96.
 Sic Illustris Curia prov. in Term. Oculi 1702. pro-
 nunciavit: Daß imploranten mit der Pfändung zu viel
 geschehen/ daher derselbe bey der possession vel quasi
 libellirten Orths billich zuschlägen. So viel die inter-
 vention betrifft/ ist intervenient Klagenden Anwalde/
 falso er denselben Anspruchs zu lassen nicht gemeinet/
 auf anderweiten Termin/ mit Zusichtung der interven-
 tion citiren zu lassen/ verbunden. Admitit etiam re-
 conventionem in summarissimo Cranius de interdi-
 ctis c. 10. n. 107. diversum sentiente Cravetta Consil.
 826. n. 4. cuius sententia magis placet, nisi reservatum
 possessorum aut petitorum forte reconventio-
 nis nomine intelligas; quod laudatus Cranius inten-
 disse videtur, quando non quidem ad effectum simul-

§§ (42) §
tanei processus, attamen quoad Judicem prorogandum
reconvencionem hoc casu institui posse vult.

§. XXVI.

Quantum ad contraria, differentia occurrit, ceteris evidentior, in opponendis exceptionibus, quamnulla hic admittuntur, quae sunt altioris indaganis. Menoch. *retin. poss. remed. ult. n. 43.* Ex his autem, quae praecipue huc pertinent, est, quae actum possessorum & vel novissimum respicit; scilicet esse eum ex facto tertii, quod aliis præjudicare haud possit, L. B. de Lyncker. *dec. 419.* esse turbativum, Ph. Decius. *confil. 694.* & proinde non manutenibilem, L. B. de Lyncker. *dec. 375.* pacificus enim actus esse debet. Id. *dec. 103.* Unde actus, qui causam liti dedit hic minime attenditur. Berlich. *P. 1. dec. 26. n. 39.* Mev. *P. 2. dec. 188. n. 3.* Dn. Berger. *Elect. process. execut. §. 24.* nec enim, ut tempore judicii naturaliter adhuc num quis possideat, hoc in judicio necesse est, sed sufficit existisse turbatum in possessione tunc, cum tempore judicii hæc illi subverteretur. Mantic. *Decis. 95. n. 4. Det. 40. n. 2.* Plane, si ille ipse actus, qui liti causam dedit, quietus & jam semel ad probatus fuerit, ad possessorum hoc nihilominus sufficit. Mev. *P. 8. dec. 63.* Exceptio quoque clandestinitatis hoc in judicio non omnino negligenda venit, cum primis, si de retinenda quasi possessione rerum incorporalium agatur, quia in his possessio sine scientia.

Domi-

¶ (43) ¶

Domini non inducitur. L. B. de Lynck. d. dec. 103.
Mund. P. i. Conf. 19. n. 36. Pariter si ipse primævus
natura status possessori repugnet, possessionem sum-
marissimo hoc tueri vix poterit. Capyc. Latro. Dec.
23. n. 13. Denique si manifestum sit, in petitorio jus
nullum imploranti competere, nihil ei ad obtainen-
dam victoriæ in summarissimo nostro prætensa
possessio præsentanea proficit. Semper enim ad-
mittitur etiam in summarismo, exceptio causæ me-
rita, & non jus detinentis respiciens, si eadem
probatione ulteriori non indegeat. Seraphin. Dec. 810.
n. 4. D. Jo. Phil. Lynck. de intervers. poss. Sec. poss.
m. 3. §. 7. n. 4. Atque haec sunt differentiae illæ sum-
marissimi ab ordinario possessorio, quas per ingenii
imbecillitatem & temporis penuriam indagare li-
cuit; quod si ex minus scite expositæ, vel confuse
congettæ, aut aut selectiores nonnullæ prætermis-
sæ videbuntur, veniam dabis Lector benebole, hu-
manitatisque tuæ clypeo meam proteges
tenuitatem.

D. S. G.

¶ (o) ¶

35 (9) 58

Dum nos delectant horti, dum cer-
nimus illas
vmbbratum, latebras, & dum te plu-
rima tellus D.
induit in florem vario formosa eo-
lauriferum fulget circum tua tempora fertum
frater amabilior dulcis mihi lumine vitae.
Haec tibi pro meritis persoluit munera Phoe-
bus,
qui praecincta gerit viridantia tempora lauri.
Millia pertant sincerum gaudia pectus
& pia disciplio titulis adiungere vota.
Sic igitur maneat studii felicior usus,
& TVA processus habeat fortuna perennes
nulla querela tuis felicibus incidat ausis,
meque cole ut frater fratrem quoque Castora
amauit.

*Ita fraternum amorem
testabatur*

Io. Petrus Matthias, I. V. Licent.
& Aduocatus ordinar.

Vix

SS (10) S

Vix tulit ex hedera TIBI splendida ferta vi-
rente

Iena sua fama, & nomine clara suo;
protinus e matris tenerae complexibus ibis
incipiesque sequi gairula verba fori?
Nec faciles Musae, nec te themis aurea sistet,
cum quia duxisti non sine laude dies?
Nec venus hoc poterit, quod non potuere Ca-
moenae

Saepe facit nobis pulcta puella moram?
Nil retrahit, nil te reuocat; sententia firma est;
me patriae fines, aruaque culta vocant.
Hicce Venus spondet roseis veneranda labellis
basia, & his si quid dulcius esse potest.
Ergo age, & hic studiis laetos circumspice por-

tus
fama tuas laudes spargat vtraque manu.
I pede felici, patrio sub nomine cresce,
sunt magni faciles in tua vota viri.
Saepius interea de te mihi tinniat auris,
prima voluptatis pars erit illa mihi.

bonoris causa fautori optimo
scrib.

M. Io. Henr. Acker.

Opus

F 3

Nobi-

¶ (o) ¶
Nobilissimo & Consultissimo
DOMINO
JOANNI PHILIPPO
MATTHIAE,
Juris Utriusque Doctorando Eximio.

* * *

Hactenus assiduo mens oblectata labore
Post tantas curas gaudia magna capit.
Musae sponte sua vinum **TIBI** dulce pro-
pinant,
Atque Themis fundit nectar & ambrosium.
In te quae blandos igitur nunc flectit ocellos
Non alio vultu nota sit ista **TIBI**.

adfectui & quidem singula-
riter testando **L M Q**
scrib.

Christianus Fridericus
Schroeter.

Opti-

50

Optime Matthia, sollers sectatus es arva,
Quæ Themis ac virtus nobilitare so-
lent.
Quare nunc etiam Tibi præmia dantur ab
illis,
Qualia Consulti ferre brabea queunt.
Erator eum Tibi, quo dignus maestaris, ho-
norem,
Moxque hunc excipient præmia plura
precor!

*Ista Nobilissimo atque Consultissimo
Domino Doctorando Cognato suo
multis nominibus charissimo, de
novis honoribus gratulaturus
scribebat.*

Frider. VVilhelminus Engelschall/
Saalfeld. Thuring. LL. Stud.

Quis, Mattheia, doctrina Juris & equi
Eximus factus monstrarat abunde tuus.

Applau-

§ 6 (o) §

Applando merito: Supremus faxit Jova mir
Ut, quibus es dignus, premia clara feras.

His Nobilissimo atque Pereximio Domi-
no Doctorando, Cognato suo astu-
matisfimo supremis in utroque Jure
honoribus ornando letus applaude-
bat.

Tobias Johannes Engelschall/
Saalfeld. Thuring. LL. Cult.



Wohlgelehrte und werte Freunde

Angewandt der Naturwissenschaften

in den Dern. Jahren, und in den

amr. und amr. Jahrg. unter

00 A 6444

ULB Halle
002 928 752

3



St.

R

WA



6

**DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
DIFFERENTIIS
POSSESSORII ORDINARII
ET SUMMARISSIMI,**
*QVAM
DIVINIS AUSPICIIS
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO JUVENTUTIS PRINCIPĒ AC DOMINO,
DOMINO
VVILHELMO HENRICO,
DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIUM, AN-
GARIÆ ET WESTPHALIÆ, E. R.
SUB MÓDERAMINE
GVILIELMI HIERONYMI
BRUCKNERI D.
PANDECTARUM PROFESSORIS PUBLICI, CURIÆ
PROVINCIALIS FACULTATIS JURIDICÆ ET SCABINATUS
ASSESSORIS, COLLEGII JURIDICI h. t. DECANI,
DOMINI PATRONI AC PROMOTORIS ÆTATEM DEVENERANDI,
PRO LICENTIA.
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVI-
LEGIA DOCTORALIA
rite consequendi,
IN AUDITORIO JURECONSULTORUM
horis Ante & Pomeridianis
publico eruditorum examini sifter
ad Diem 4. Junii 1707.
JOHANNES PHILIPPUS MATTHIAS,
Schmalcaldiâ - Hassus.
 JENÆ, LITERIS MULLERIANIS.*